



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO XXIX.

dñorū nostrorū nuntiorū consulu xij. cantonū, respōsionem me peruestigare tentat, & quārendo sciscitari, super quo illi non assentiar, ea potillimū caussa, quod dicta doctrinā meā firmantia, adhuc erecta stare conspiciā, sperans meorū gratiosorū dñorū Bernensiu mandato me satisfecisse, illo me scripturis cōmendans iam inductis, & adhuc inducendis, subscribens me illis, qui aduersus doctorem Eckium in hoc articulo se subscriperunt. Ad hoc me cogit doctoris Eckij irritatio quam supra & contra meorū gratiosorū dominorū mandatū non sum expectaturus, sed hoc uolo modo conclusisse.

D. ECKIUS.

In quo Christus mandarit discipulis faciendū quod ipse fecit, hodie est enumeratū, bene in cōscit illis non mandasse sic in pedib⁹ ambulare supra mare. Quod autē bonus ille dñs respōsionis suæ caussam in meā rejicit irritationē, sciunt omnes qui hodie interfuerūt non ita esse, sed cum missæ articulus ei fuerat ppositus, fugere tentauit, quod de hoc articulo in specie nihil prædicasset, quo ad uenerabilis dñs doctor Conradus prouincialis exurgeret sibi cōtradicens, quippe quod ab eo met audiuerit contra missam eum prædicasse, & quū dñs prædicās dñi doctoris propositū sermonē sustinere noluerit, obtulit se dñs meus doctor prouincialis multis in minibus testib⁹ se probaturū, tunc primū prædicās ad disputandū ascendit, quare meæ irritationi nullam potest culpam impingere. Et dñs meus prædicās quum procul dubio extra mandatū meorū gratiosorū dñorū xij. cantonū dixerit mandatū Christi Hoc facite dumtaxat extēdī ad sumptionē facit disputationis conditio & natura, ut scisciter ab eo, quum manere recuset apud intellectū catholicæ ecclesiæ, ut ostendat ubi consecratio huius uenerabilis sacramēti a Christo demādata sit. Illud namq; si ostendere nequeat in scripturis alicubi, stabitur in intellectu ecclesiæ, & decidet uiolentatio huius uerbi, hoc facite. Quare adhuc respōsionem ab eo peto, si in hoc uerbo  
consecra

## CONCLUSIO SECUNDA.

consecrationem uult intellectam haberi, aut certe ubi consecrationis mandatum sit datum. Rationem inquam reddere cuilibet petenti Petrus nobis mandat.

### PRÆDICANS BERNEN.

Quod ad priuata negotia attinet personæ meæ caussa, nihil ad doctorem Eckium, sicut nec ad me pertinent sua negotia. Quod aut uerbum Christi concernit, Hoc facite &c. Hodie ostendi ex Paulo claris suis uerbis, quæ adhuc manent immota. Quum aut hoc disputationis naturæ doctor Eckius tribuit ad scrutandum, in quibus uerbis consecratio fundata est, quæ præcipue suum primum articulum tangit, nihil illa me grauabo iuxta tenorem, dictum & responsionem communium confœderatorum mihi datam. Quod aut Christus in sacramento altaris offeratur, adhuc ex claris scripturis non intellexi, maneo apud prius datam responsionem.

### D. ECKIUS.

In Paulo prædicans non reperiet suam nouam glossam, hæc scilicet uerba, Hoc facite &c. ad summptionem solū indicare, illud uerbulum solū non ibi stat. Ideoque non recte loquitur quod nudus sit Pauli textus, in quo casu me subijcio uobis gratiosis dominis meis nuntijs consulū xij. cantonū, & quatuor præsentibus. Et quæ ad intelligendum præbet, quasi sciscitatio mea non esset secundum naturam disputationis, quare ergo fratres sui in Christo doctor Oecolampadius & Imeli ea lege & conditione contra me sunt usi, & ego illis respondi. Questio mea non est contra mandatū dominorum meorum nuntiorum consulū, neque primum articulum præ manibus habeo. Sed quia ipse uerba Christi, Hoc facite, declinare uoluit & uiolētare, quod ad missam non indicent, ex eo nunc scire uellem, si ad consecrationem indicarent. Neque credo dominos meos Bernenses, qui per dei gratiam in unionem uere & recte fidei peruenerunt, sibi hoc in mandatis dedisse contra diuini Petri mandatū. Quare domine prædicans rationem uestre spei & fidei reddite, is enim optet debile